



Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIII. Pr[a]ceptum, quorum ab hostibus, vel alio modo fuerint
instrumenta incensa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

FORMULARVM LIB. I. 67
ti permaneant: & vt diximus calum-
niā aut repetitionem , vel damnie-
tatem, quando quidem , exindē su-
prascripti viri, vel fideles nostri, non
pertimescant habere. Et vt hæc præ-
ceptio, &c.

XXXIII. PRÆCEPTVM
quorum ab hostibus , vel alio modo
fuerint instrumenta incensa.

A Regali necesse est releuentur clementia, qui damnitatem ab hostibus, vel passi sunt violen- tiam. Igitur fidelis Deo propitio noster ille, clementiæ regni nostri suggestit, eò quod ante hos annos, aut anno superiori, exercitus noster, aut illius Regis, domus suas incen- dio cremassent, vel res suæ quam- plures vna cum instrumentis char- tarum, tam per quod Regio mune- re perceperat, quam & quod per venditionis, donationis, cessionis,

E ij

68 MARCVLF MONACHI
commutationis titulum, vel de alo-
de parentum in quocumque loco
in regno nostro aliquid possidebat,
ibidem concrematæ fuissent. Vnde
relationem bonorum hominū ma-
nibus roboratam, qualiter ipsis ita
cognitum sit, suggessit nobis, &
protulit recensendam: & omnes res
suas vnde ipsa instrumenta perie-
rant, absque ullius inquietudine, si-
cūt & antea fecit quietus possidere
videtur. Sed pro firmitatis studio
petiit memoratus ille, vt per nostrā
auctoritatem omnes res suas, tam
quod Regio munere, quam quod
per venditionis, cessionis, commu-
nationisque titulum, vel reliquam
alodem, ad præfens cum æquitatis
ordine quietus possedit, deinceps
in iure & dominatione eius confir-
mare deberemus. Cuius petitioni
gratante animo præstitisse, vel con-
firmasse cognoscite. Præcipientes

FORMVLARVM LIB. I. 69
ergo iubemus, vt quicquid memo-
ratus ille tam in terris, domibus, æ-
dificiis, accolabus, mancipiis, vineis,
syluis, campis, pratis, aquis, aqua-
rumue decursibus, vel reliquis qui-
buscumque beneficiis (quod per re-
lationem supra scriptorum virorū
cognouimus) iustitia rationabiliter
vsque nunc vbiicumque in regno
nostro possidere videtur, dum eius
instrumenta cremata esse cognoui-
mus, per hoc præceptum plenius in
Dei nomine circa eum suffultum,
atque firmatum, absque ullius in-
quietudine, vel refragatione teneat
& possideat, & suis posteris, aut cui
voluerit in Dei nomine ad possi-
dendum relinquat. Quam vero au-
toritatem, perpetuis temporibus
valitaram propria manu subter ro-
borare decreuimus.

E iij